



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 33. Æneæ Sylvii scripta pro defensione jurium Apostolicæ Sedis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. nec canonica erat eorum electio, nec electi Ecclesiis, ad quas vocabantur, utiles.

A.C. 1457.

Quod vero reservationes ceterasque beneficiorum collationes attinet, haud notum est Pontifici, a se aliquid contra Concordata concessum esse. Quinimo quamvis liberrima sit Apostolicæ Sedis auctoritas, ex pacis tamen zelo, & nimia in Cæsarem, ejusque Nationem studio nunquam patietur, concordata quovis pacto in aliquibus violari. Et siquid vero ex iis, quæ a Sede Apostolica facta fuere, emendatu dignum esset, non deceret tamen Episcopos, aut alios quosvis mortales, ut in Sedem Apostolicam auctoritatem sibi vendicent, aut ejus mandata contemnant; id enim in perniciem Ecclesiasticæ Hierarchiæ, in offensionem mystici Corporis Christi, & animarum suarum ruinam cederet, hinc potius recurrere ad Sedem Apostolicam, eique sua onera proponere, ac remedium quærere deberent; nunquam enim pia Mater filiorum desiderio deerit, in iis, quæ ad salutem eorum pertinere censebit. Hæc ille.

§. XXXIII.

*Æneæ Sylvii scripta pro defensione
jurium Apostolicæ Sedis.*

Exstant adhuc aliæ plures epistolæ, tam ejusdem ipsius Pontificis, quam *Æneæ*

neæ ad diversos de eadem materia da- Sæcul. XV.
A.C 1457.
 tæ, ac præcipue Æneas ad Martinum
 Mayer Jurisconsultum, & Archiepiscopi
 Moguntini Cancellarium dedit literas,
 quibus accuratius Concordatorum con-
 ditiones refert, ac demonstrat, Callistum
 Papam injuste de earum violatione fuisse
 accusatum: Idem quoque argumentum
 fusore calamo agitatur Æneas in quodam
 tractatu, quem de moribus Nationis Ger-
 manæ, de auctoritate Sedis Apostolicæ,
 de beneficiis ab ea in Principes Germa-
 niæ tam Ecclesiasticos, quam sæculares
 collatis, deque ejusdem Germaniæ po-
 tentia ac viribus ad eundem Mayerum
 anno sequenti scripsit. In eo diluit ra-
 tiones objectas, quas Germani ex Con-
 stantiensi & Basileensi Conciliis hause-
 rant. Mentionem quoque facit cujus-
 dam Pragmaticæ Sanctionis, quæ a non-
 nullis Principibus, & Germaniæ Præla-
 tis contra voluntatem Imperatoris eo con-
 silio confecta est, ut Sedis Apostolicæ au-
 thoritas deprimatur. Ita Sylvius.

§. XXXIV.

*Objurgationes ab Ænea Germanis
 factæ.*

Præterea Æneas Germanæ Nationi ob-
 jicit, quod in sua Sanctione Principes
 decreverint, ne quid pecuniarum ad Ro-
 manam